Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ex contrariis est. Capitulum decimum. De accusatione et defensione

Nunc de accusatione ac defensione ex quibus et quot
ratiocinationes facimus de iure dicendum videtur.
Tria igitur sumenda sunt. Primum quot et quos
gratia in iuriam inferunt. deinde quomodo affecti. Tertium
quales ac quomodo se habentes. Hi ergo in iuriam pri-
mum diffinierimus de reliquis deinceps explicabimus. Fit
ergo iuriari sponte preter leges afficere. Legum aut
alia propria. alia communis. propriam dicimus qua cives
scripta utuntur. communem uero qua non nulla etiam
si scripta non sunt. apud omnes tamen ualere uidentur.
sponte autem facimus quecumque cognoscentes et no coacti
facimus. que igitur sponte facimus no cuncta eligimus.
que autem eligentes omnia cognoscimus. Nemo enim ignorat
que eligit. ea uero quibus afficere ac prauia preter leges
committere statuunt. improbitas est. et in temperantia.
si eum uicium habeant unum aut plura. et in quo impii sunt
in eo etiam iniusti. ueluti pdigus in pecunijs intemperatus
in voluptatibus corporis. mollis in desidia. timidus i peri-
culis. desidia
desedit enim periculorum sordios propter timorem
ambitiosus etiam pter honores iniustus est. iracundus
propter ira iram. contentiosus cupiditate uictorie. acerbus
pter ultionem stultus quoniam recta bonum et iustum
decipitur. eodemque modo ceteri unusquisque in suo subiecto.
Verum partim ex ijs que de uirtutibus dicta perspicua
sunt. partim ex ijs que de affectibus dicentur patebunt.
Quare reliquum est. ut cuius gratia quomodoque se ha-
bentes. et quibus in iuriantur tractemus. Primum
ergo diuidentes dicimus que sunt que affectimus. et q
sunt que ut fugiamus in iuriam facere conantur.
Perspicuum enim considerandum esse accusatori quot
et que reo insunt ex ijs que omnes appetunt. qui
in iuria ceteros afficiunt. defensori autem que et quot